

S. PYRMINII  
EPISCOPI  
VITA

ET RES GESTÆ.

DESCRIPTA PER OTHLONVM  
*Fuldensem Monachum.*

EDITA NVNC RECENS ET IL-  
lustrata per R. P. CHRISTOPHORVM  
BROVVERVM Societatis  
IESV.



---

MOGVNTIAE,  
Ex TYPGRAPHIA IOANNIS Albini.  
ANNO M. DC. XVI.

ΙΩΑΝΝΟΥ  
ΕΓΟΩΣΙΩΝ  
ΑΤΙV  
ΕΓΡΕΞΕΙ ΤΑ  
ΜΝΗΜΗΤΟ ΕΓΡΩΤΟ  
ΣΙ ΤΕ ΣΑΣ ΑΠΟΛΛΟΝ  
ΜΝΗΜΗΤΟ ΣΑΣ Ο ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΣ  
ΕΓΡΩΤΟ ΝΟΥ ΣΑΣ



3

# ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. EOTHARIO DEI GRATIA SANCTÆ TREVER.

ECCL. ARCHIEPISCOPO, PRINCIPI ELECTORI,  
regni Arelatensis Archicancellario, Administratori  
Prumiensi, Domino suo clementissimo.

**I**n hoc veterum Scriptorum & illustrium hominum condendo Lustro, non ministui, Lothari Princeps, rationem non habere, nefas putauit. Etsi enim è ferrugine splendorem petere; id est, ex pertnui hoc scriptio[n]is genere, accessionem amplissimæ dignitatitua fieri, haud posse mihi facile persuadet, ut tamen Alexandri effigiem non cuicuimodi artificum, sed vni Lysippo fingere, vniue Apelli pingere concessum est, sic S. Pirminij Episcopi & B. Luduici Comitis Arnsteinij memoriam, qua tua in ditione propagata, vel nata, & maiorum tuorum Luidolfi, Adelberonis & Hillini clarissimorum Pontificum fauore & beneficentia illustrata est, tibi, tuoque nomini inscribi, & à te vel postliminij iure vindicari, par est. Habebit ea vindicatio, uti spero non gratiam modo apud veros rerum estimatores, sed pariet apud nobiles & generosæ stirpis ho-

## DEDICATIO.

mines iudicium & emolumētum: ut quos Maiores, quibus virtutibus, qua religione & rerum humanarum cōtemptu, pudicitia frugalitatis laude excellentes habuerint: & quo in eos ipsi animo extiterint, quorum vultus, nomen, & præsentiam vix iam eorum posteri sustinent, hos oculis, quod dicitur, apertis intueri, & vel sero agnoscere cupiant. Nota hic sepiarum artes, Illustissime Princeps, quæ offuso velut atramento aquam solent turbare, & pescatori prospectum adimere, quo ne concludi pisces, & retibus pulchrè amiciri possint, digni cetero qui maiorum septis & Ecclesiæ viuarijs amoenissimis includi, nulla, ut ipsi putant, seruitutis noxa: sed ingenuæ summaque libertatis magna gloria. Sed hac illi viderint. Hos interim vades & obseruatiæ erga Celsit. V. meæ testes S. Pirminium V Vesterrichi inquinatum, & B. Luduicum Logana tractus incolam Illust. Princeps, accipias velim: nō, quo, ita beneficio, quod exiguum vel nullum est, ullo obligari se sentiat, sed quod bene merito de Societate nostra, & eius commodis præsidijque rectè consulenti gratum esse videri, & muneris mei & omnium nostrum arbitratu sum interesse, Fulda anno MDCXIV. Mense Sextili.

Celsitud. Vest. cliens  
humillimè deditus  
Christophorus Brovverus.

BEDÆ. & aliorum  
MARTYROLOGIA  
III. Nouembris

DEPOSITIO S. PIRMINI EPISCOPI  
ET CONFESSORIS.

PROLO.

DE 2 VACATO

---

PROLOGVS A D  
LIVDVLPHVM ARCHI-  
EPISCOPVM.

*Frædicandus liberalis in Sanctos Deus.*

**N** omni cœraturarum multimoda vniuersitate, opifex earum Deus magnificus atque mirabilis perpenditur: & , cum solus lucem habitet inaccessibilem, ideoq; ab homine nullo qui mortali tegitur carne , videri possit; per ea tamen, quæ condidit, æstimari se concedit. In quibus omnibus, dum potens & mirificus euidenter appareat; perspicacius, pulchrius, atque dulcissimus in sanctis hominibus magnificantia ipsius irradiat. Hi deniq; voluntati eius morem gerendo , præceptorum disciplinæ semet penitus submittendo , Conditorem suum adsciscunt sibimet intimum habitatorem: huncque habentes cooperatorem, quam mirandus, quam potens, quam bonus Israël sit Deus, cæteris clarius ostendunt. Quod egregius Propheta rum Dauid, ingenio sagaci contemplans, *Mirabilis*, psal. 67. inquit, *Deus in Sanctis suis, ipse dat virtutem & fortitudinem.* ac si diceret. Vos, qui Sanctorum virtutes ammiramini , magis illum qui dat , contemplamini. Idem in vltimis psalmorum, vbi omnem creaturam in Dei laudes ordinat, electè atq; singulariter canendo inuitat : *Cantate Domino canticum nouum: laus* psal. 149. *(enim) eius (præcipua) in Ecclesia Sanctorum.* Et iterum *Laudate Dominum in Sanctis eius. Hymnus quo-* psal. 150.

## DE SANCTO

que trium puerorum , immanissimæ fornacis diuinatus igne sopito , concelebratus ; omnia Domini opera ad ipsum benedicendum ordine incitat : incipiens namque à summis , id est Angelis & Cœlis , descendit ad infima , id est terram & maria , in que his nascentia , atque habitantia . Quibus omnibus decursis , ita claudit . Benedicite Spiritus & animæ fustorum Domino , Benedicite Sancti & humiles corde Domino . ac si huiusmodi verbis , cantilinæ vim exponat : Omnia quidem opera Domini benedicendum illum significatis , quem in vobis miramur ; ineffabiliter tamen Sancti & humiles corde præbetis mirabilem , quem vobis promeruistis Cooperátem . Idcirco nullum oportet ambigere , quin in Deum transmittatur honor , qui Sanctis exhibetur . Et omnis , qui gesta & virtutes eorum scribit , aut prædicat , operantem in eis Dominum magnificat .

Huiusmodi ergò rei consideratione animatus , simulque Fratrum benignissimorum atque in Christi charitate feruidorum petitione pulsatus ; vitam & aëtus sanctissimi Patris eximijque Pontificis Pyrminij , describere conabor . Nam , et si temeritatis verear elo- gium , quod lingua minus limata , eloquio in culto , verborum inops , tam Reuerendæ dignitatem mate- riæ aggredi præsumo ; tamen fiducia robur ingerit , quæ de Dei gratia nullo modo desperare , permittit . Ipse enim cordis scrutator & examiner , plús rusticitatis benevolétiā , quā periti sermonis probat af- fluentiam : unde etiam Regni sui Euangelium magis in cultis piscatoribus , quam facetis commisit orato- ribus .

## PYRMINIO.

ribus. Quod tamē opus, tibi, Reuerendissime Archipræsul Liudolphe, considerādum & examinandū committo: quia fides & veritas te composuerūt; cæteræq; virtutū cateruæ tam firma tutela muniunt, vt liuore careas & ab omni vētositate immunis existas.

Precor ergò, vt si qua fuerint insulsè prolata, in meli<sup>9</sup> fingas; superflua reseces; nec ante in aures publicas prodire sinas, quam iusti examinis librâ perpensum, tuæ sagacitatis fuerit lima probatum. Quamuis enim mihi non insit cornea fibra, potius tamen iudicio, à prudentibus corrigi, quam adulatorum falsilioquio, commendari.

Sed iam tempus est, ad explicanda memorati Præfusis gesta vertere stylum: cuius, quæ fuerint ab incunectate ætate rudimenta, quibus in adolescentia sanctitatis rutilauerit floribus, vel quibus per omnem iuuētutem usq; ad promotionem Pontificatus, excreuerit virtutum insignijs; nimium culpanda Scriptorum incuria, notare neglexit. Paucā dūntaxat, quæ sub Pontificatus tempore gessit, obscure exarata reperimus; ipsa, si Christus opem dederit, cūdientius atque operosius exprimere studebimus.

Verum tamen quod magnifica fuerint in sanctitatis feroore, quæ Scriptores non fecerunt cognita; manifestauit quam post operatus est miraculorū eminentia: nam ipse, qui ait. *Ego glorificantes me glorificabo;* à consequentibus donavit argumentari,

quanta fuissent, quæ præcesserunt.



## C A P V T I.

*Efficax Doctor Pyrminius existit populo.*

Meltis ca-  
stellum.  
Theodori-  
cus rex  
Franco-  
rum

**P** R I M U R vir beatissimus Pyrminius obtinuit sedem Episcopatus in castello Meltis appellato, tempore, quo Theodoricus Rex Francorum sceptra tenebat. Vbi, tanto vigore tantaque sapientiae vertute, eloquique dulcedine, veritatis semina spargebat; ut quisquis eum audierat, compunctionis rore debriatus, ad reddenda pietatis germina efficeretur fecundus. Nam non solum vicinos; verum etiam longe remotos, mirifica prædicationis eius efficacia, fama vulgante, attraxerat; & sicut apes ad alueare melle refertum, ita ad eum confluabant examina populorum, saporatissimi verbi ipsius dulcedinem haurire gestientium.

## C A P V T II.

*Pyrminius per uigil in opere diuino.*

Sintlaz  
inter Ale-  
manniæ pri-  
mores.

*Ad S. Pyr-  
minium in  
Galliam  
venit.*

*3 Reg c. 10.*

**F**RAT autem eodem tempore quidam vir inter Alamanniæ Primates opinatus, nomine Sintlaz, diuino cultui studiosa deuotione intentus; qui loca Sanctorum circumquaque sistentia lustrando, precumque vota vertim soluendo, animæ suæ lucra summoperè quærebat. Cumque huiuscmodi officio sedulus instaret; contigit eum ad locum, quo sacratissimus Pontifex Pyrminius mansitabat, deuenisse. Cuius dum infatigabilem in Dei famulatu vidisset sudorem; quodque non magis nocte quam die, requieci quicquam concederet; simulque considerans morati nobiliterque educati ordinem Cleri, nec non & totius sibi commissi conuenientiam populi, admiratione grandi percusse est, ob magnificè dispositam sapientissimi Salomonis familiam. Cum verò prædicationis sermoni eius aures mentemque adhiberet; tum suavitatis affluentia, tum ex efficaci in excolendis cordibus potentia, supra modum attonitus, vice Æthiopum Reginę, non habebat ultra spiritum.

## C A P V T III.

*Pyrminius Pastor desiderabilis.*

**Q**UAM PROPTER eum secreto aggressus, ita est allocutus, O serue Dei

Dei fidelissime, ac mysteriorum eius dispensator prudentissime; beati qui assistunt tibi assidue, oris tui gratiam sentire meriti, de inopia illorum eruti de quibus scriptum est. *Paruuli petierunt panem,* thres 4.  
*& non erat qui frangeret eis.* quia tu viuidus Pastor, per uigili cura credentium cælitus talentum ipsis dispensas, quos pabulo vitæ crebro satias, lucis exemplo indefinenter ædificas. Vx autem meæ gentis Alemanno  
& Suevico  
Ecclesia  
Statu. sterilitati, cui nullus cælica propinat fluenta; cuius Rectores torpori indulgent, negligentia manum dant, Christo nihil lucrari mediantur; quia sibi viuentes, pecuniam Domini sui sanctæ vñfuræ accommodare non conantur. Quo si tu ire, atque aliquid gratiæ, qua tu redundas, irrorare velis; centuplo auctum in futuro præmium proueniretibi gaudebis. Audi quæso, ut annuas supplicant, aridatique nostræ pro cordis affectu compatere. nam nisi celeri ope subuenire contendas, nostrates cunctos possidebit iterato errore Paganismus. His à præfato viro prælibatis, comites illius, conquestione immensa eadem replicabant.

## C A P V T I V .

*Prouide modestus.*

**A**T vir eximus, consulto sagacissimi animi secreto, ita respondit. Pia equidem sunt, ô viri Deo deuoti, quæ postulatis; sed in omnire, sicut ipsi nostis, plurimum valet cautela consilij prudentis. Sancitum profectò constat Canonibus sacris; ne quis sibi aliquid arroget in alterius Diæcesi Pontificis. Et quomodo me cogitis illuc migrare, quo neq; à Præsulibus illarum partium sum euocatus, neq; ab Apostolicæ Sedis Antistite destinatus? Quare, quem persuadere certatis, ut ego mihi met cælestis accumulem brauij lucra, vos eadem intentione, mecum laborare delectet; quatenus itineris Romanilaborem simul aggredientes, à summa sedis culmine desiderati censurā studeamus perquirere. His dictis, animos corum ad consentendum sibi reflexit. Sint laz domum repedabat; ac ea, quæ itineri conducto forent necessaria, parare satagebat.

## C A P V T V .

*Propagator religionis strenuus.*

**B**EATVS Pyrminius nimio pietatis zelo stimulatus, acri feruore instabat, vt opus Domini, quod aggredi fuerat persualus, cōsum maret; ad Apostolicaque properans limina, longè ante quam præfatus vir venit in urbem Romanam. Vbi, dum apud quendā hospitij Roma perit  
predicandæ  
Alemanniæ humanitatem impetrasset, quotidie orationis incenso faciem Do-

PYRMINIUS

mini placare consuevit. Atq; dum huiuscemodi studio frequenter insisteret; die quadam Beati Petri Apostolorum Principis domum ingressus, cunctas ibi consistentes aras & contriti cordis immolatione fumigabat. Vbi quoq; ab Apostolico Praesule primo eum videri contigit. Qui à ceteris perquirens secreto, si nossem quis esset, aut unde venisset, responso didicit, hunc Praesulem esse, & de Galliæ finibus illuc aduenisse. At Apostolicus multum, inquit, desipitis, quod aliunde venientes minus cautè obseruatis. A talibus denique plura sàpe perperam gesta fuisse, percepimus.

## C A P V T VI.

*Pyrminius clarus miraculis.*

**I**NTERIM Beato Pyrmino singula perlustrante Altaria; accidit, eum ad sacratissimam Beati Petri tumbam deuenisse. Vbi, cum orationis gratia genua flectere in voto haberet, pedum pastoralem pedum Episcopale S. Pyrminij stat per se nulli res innixum. limpido commisit pauimento. Qui nulli adhærens materiæ attrectabili, tam diu, mirum dictu immobilis perstebat, donec ab oratione surgentis recipientisque manu se ultra immitteret. Quod id deficeri miraculum, prouida Christi voluit clementia; ut liquido pataret, quanta apud se meritorum polleret sublimitate, qui erat ignotus Patria & gente; hocque voluit Euangelium eius initiari signo, quod cumulato dispensaturus erat lucro. Motus autem hoc Apostolicus euentu, intimam cœpit habere pænitudinem; quod ante ostensionem huiuscemodi signi, ullam de Beato viro mali gessisset suspicionem: celeriterque ad eius se prouoluens vestigia, huiuscem reatus obnoxie postulauit indulgentiam. Cumque vir Beatus humiliter eum fusciperet, dulcibus osculis sanctisque amplexibus magnopere se commendantes mutuo, ad miscenda pietatis colloquia, pariter considerunt.

## C A P V T VII.

*Papa familiaris.*

**V**ERVM, vbi se plurimum cœlestis vita recreauerunt pabulis, caput Papa Beatum consulere Pyrminium, qua de causa illò venire disponeret: at ille cuncta ordine pandit; quomodo videlicet egregius vir Sintlaz de Alemannia ad eum in Franciam deuotionis causa venisset, suæ gentis defectum referret; quia Doctores eius dormitarent, commissos negligerent; denuoque in Paganismum casaram, nisi aliquis diuino zelo instinctus succurrere properaret: quomodo etiam idem Sintlaz semet id opus aggredi suaderet suique cum

Cansam  
aduentus  
Pyrminius  
Pontificis  
exponit.

cum responsum accepisse; quod non esset licitum aliorum Præsulum Parochias discutere, siue corrigere, nisi aut illorum rogatu, aut Apostolicæ auctoritatis iussu; pariterque condicerent Romanam properare hac de causa. Addidit quoque se mirari oppido, quænam prædictum Sintlazem præpediret occasio, quod non adesset ex condicione.

## C A P V T VIII.

*Papa honorabilis.*

**T**ALIA referenti Beato Pyrminio, Sintlaz sui ingerens præsentiam, cunctis eius assertionibus testificatus est, tum votiu aduentu, tum veraci relatu. Tunc Papa perpendens in Sintlace sincerissimæ intentionis feruorem, in beato autem Pyrminio fidei constantiam, animi industriam, sapientiæ plenitudinem, sermonis affluentiam, ineffabili exultabat gaudio, ac intimo cordis laudes Christi parturij iubilo; qui ad lucranda populorum agmina, taliū cooperatorum inflummare dignatus est pectora; veritusque se negligentiæ nœvo notari, coramq; Deo reum detineri; si quod ipsum decuit, agere omitteret; accitos vtrosque sanctæ exhortationis animauit eloquio, suæque auctoritatis roborauit indicio; vt opus, q; diuina inspiratione inchoarent, fiducialiter certarent implere.

*Gregorius  
II S. Pyr-  
minio dæ  
iua aposto-  
latus.*

## C A P V T IX.

*Deformationis Reformato.*

**D**ENIQUE Epistolam cum beato viro, absq; dilatione per venerabilem virum Sintlacem ad Regem Francorum Theodoricum direxit, monens, suadens, & imperans; vt respectu diuinæ remunerationis, viri Dei votum, pia opitulatione duceret ad effectum; edocens hoc ita demum sagaciter fieri posse, si cunctis, tam Alemaniæ quam Franciæ Præsulibus conuocatis, imputaret neglectus ipsorum desidiam, reatus notificaret pondus; quod nequirent uadere, nisi beatissimum Pyrminium ad suas Diœceses ducerent; pessundatiq; gregis damna restaurare flagitarent. Porro Rex, Epistola peruisa, honorificè ab Apostolico suscepit directos; accūcta, quæ mandata sunt, libenti animo perficere curauit. Nam coadunatis Episcopis, cæteraq; Cleri ac plebis caterua, missum à Papa Sintlaczem videlicet in medio stare iussit, palamq; referre; quomodo Papareuerendus illorum Pontificum inertiâ doloreret, quomodo labefactati populi dispendia lugeret, suaq; iuberet auctoritate, vt inctlytus Pyrminius ab eis gratarter susciperetur, gemendæ iacturæ futurus efficax restaurator. Pontifices, talibus auditis, compunctionis

*Epistola ad  
Theodori-  
cum regem  
data hor-  
tarior ve-  
susq; suscipiat  
Ecclæ  
curam.*

*Synodus E-  
piscoporum  
Francie &  
Alemansiæ  
super refor-  
mationem,  
cuius S. Pyr-  
minio curia  
demandan-  
ta.*

*S Pyrmi-  
nius ab  
Austrasia  
& Alema-  
nia Episco-  
pis receptus  
Alemania  
adit.*

*Sintlacis  
Ora vnde est  
Augia.  
Ies. 40.*

ctionis stimulo sunt salubriter accensi; Virumq; Dei in sua adsciscētes, omnē opportunitatē ac libertatē se ei paraturos, spounderūt, ad peragēda, quæ diuinus sunt instituta; & ab Apostolico imperata. Accepta igitur tam congruæ occasionis facultate; vir Dei primo ad Alemanorum gentē proficisci disposuit: quò, dum peruenisset, veluti cælitus imber diffusus, omniū ad se videntium corda, fæcūdissimo salutaris verbi rore maritauit; comoransque in loco qui vocatur Sintlacis OWa, venienti viam parauit Domino, praua mutans in directum, & afferat in vias planas; & ex duris impolitisque lapidibus filios Abrahæ quadrans.

Cumque non modicum tempus in huiusmodi exercitio defudaret; Vireximus Sintlaz, cuius etiam filium Pater sanctissimus de sancti Lauacri fonte leuauit, humiliter adiit eum, dicens:

O Sacerdos inclite, in tuo aduentu, omnia mortua reuiuiscent, arida virent & florent, tellus nostra germine vitalis fructus grauida facta est; rogamus nunc, ut pio consilio suggeras, quo in loco, postquam hinc forsan discesseris, construere queamus domum orationis.

### C A P - V T X.

#### Rerum depulsor noxiarum.

**A**T Beatus Pyrminius, videre, inquit, videor, Insulæ m prope, quam celeriter nauigando quimus attingere; properemus ad eam; fortassis ibi benignus Dominus suam nobis exprimet gratiam. Respondens autem prædictus vir ait. Absit absit hoc Domine mi; quia in illa Insula serpentiū exstat vermiumque horrendorum possessio; nec hominis illa ibi poterit esse habitatio. Tunc Pater almus; quid, inquit, loqueris modicæ fidei? Nonne Christus retulit sibi donatam esse omnem potestatem in cælo & in terra? Nonne electis suis concessit ambulare super aspidem & basiliscum, & conculcare Leonem atque Draconem?

*Augiam  
insulam  
repurgat a  
serpentib.  
& venena-  
tis anima-  
tibus.*

His auditis supradictus vir Beato viro annuere, ipsique nauigij opportunitatēm præbere, non tardauit. Mox autem, ut Sacerdos Sanctus Insulam attigit; omnis illa venenatorum turba, veluti nimia contrarietatis vi vrgente, fugiendo, Insulam deseruit; tantaq; multitudo eorum abire visa est, ut tribus diebus ac noctibus tota superficies maris per quod natando transierunt, cooperta videtur, nusquam vero postea comparuit.

#### Terra inhabitabilis Excultor.

**T**VNC egregius Christi agricola, tam horribili hostilitate ana-

themata-

thematisata, sociatisque fidelium adminiculis, stirpes inutiles, spinas, tribulos, fruticumque inculta p̄cidere curauit; nec destitit, donec omni fætori atque v̄ligni abscessum pararet, soli vero ac iocundo aeri locum faceret; atque ita sub celeri dierum momento, facta est apta hominum habitatio, vbi antea constiterant immanum viperarum cubilia. Deinde, in Christi honore, Oratorium construere aggressus est; ad quod plures fidei ardore animati, prædia sua conferre decreuerunt; præcipue tamen deuotissimus Sintlaz, qui in ambitu ipsius loci, multa hæreditario iure possidebat, Christi domicilium amplificare studebat: vbi postea plures coadunati, sæculi huius transfugæ, religionis sanctæ facti sunt asseclæ, procellosi mundi vitæ inquietudinē, tutissimi portus obtinet stationē.

*Lamornas  
oratorio &  
monachorum  
apert habi-  
tationi.*

O quondam sterilis & horrida, nunc amœna & fertilis Ovva; o-  
lim vepribus & spinis obsita, nunc fructiferis arboribus facunda,  
vineis vberibus speciosa, vt paradisus emicas semper deliciosus.  
Gaude, & lætare, immenso cordis iubilo, grates Christo indeſi-  
nenter referendo; qui te per talem & tantum Patronum sic exal-  
tauit, sic glorificauit. Erat quondam cubile draconum, nunc in te oritur  
*Augie  
Elogium.*  
*Isa. 35.*  
viror calami & iunci: via sancta est in te, per quam non transibit mala be-  
stia: quondam sonabant in te ædes habentes vñula, nunc filij Sion commo-  
rantes & exultantes in Reges suo, suauissimum præcinctum Haleluia. Pro  
quibus iocunda & lætabunda in corde tuo iuxta propheticum dra-  
ma sermocinari poteris: *Quis mihi genuit istos? ego sterilis & non pari-  
ens: & istos quis enutrinit? Ego destituta, sed in manibus Domini Sabao-*  
*th descripta, in cuius oculis muri mei permanent semper. Iste er-  
gò primus locus est, quem venerabilis Sacerdos construxit ad lau-  
dem Christi & ad coimmundum congregationis Christo famulantum;*  
in quo ab ipso tempore usque in finem sæculi, cælestes fouetur  
alumni, cælestis Ierusalem futuri ciues æterni.

*Isa. 49.*

Post hæc verò nullo modo desistens à sancti feruoris proposito,  
cum prædicationis instatia, tum signorum virtutumq; magnarum  
efficacia, id comparauit; vt patrimonia sua fidelibus pluribus con-  
ferentibus, alia quoq; nobilia ædificaret Cœnobia; quorum nomi-  
na hæc sunt.

*Altaba, Scutera: Gengenbach. Suarzaha. Murbach. Mores munister. Nonnen uvilare.*

*Monasteria  
præsim alias  
eriguntur vel  
instaurantur.*

Quod non sine magna miraculorum patratione, effici poterat;  
quamuis, quæ illa miracula, vel quot & quanta essent, Scriptorum  
desidia notificare neglexerit. Verum his omissis, moneamus stylū  
nostrum tenere; quibus beneficiorū gestis Horbacense Cœnobiu  
orditus fuerit atq; consummauerit.

## C A P V T XI.

*Pyrminius Oratoriorum edicator.*

Verinba  
 rius VVi-  
 cello.  
 Verinba  
 rus Aufra  
 sia dynastia  
 Pyrmini-  
 amenocat  
 in VVeste.  
 richis tra-  
 Bur.

**F**UIT igitur vir quidā Werinherus \* nomine, alta Francorū no-  
rū vīa VVi-  
cēlio. **F**abilitate propagatus. Hic cor suum inclinauerat, ad faciendas iu-  
stificationes Domini propter retributionem mercedis æternæ: hic  
nempe odoratus odorem suauiſſimæ opinionis Beati Pyrminij;  
quam feruidus scilicet desudaret in prædicationis opere, quam ef-  
ficax esset in animarum lucrificatione, quam sedulus in ædificandis  
Monasteriorum habitaculis, quamque studiosus in coadunandis  
Religiosorum cateruis; & quod nimio zelo Regulam S. Benedicti  
obſeruare quoſque accenderet; pietatis æmulatione repletus, le-  
gationem direxit, rogans obnixius, Præſulem eximium ad ſe veni-  
re dignari.

Cui Seruus Dei morem gerere non renuit, quia Deo placita eum  
percurare perpedit; veniensq; cum omni honore ab eo ſusceptus eſt.

Cumq; aliquandiu ſimul morarentur, præfatus vir ſic eum allo-  
cutus eſt: Pater Ianctissime ac Sacerdos venerāde, cuius merita lon-  
gè latèque magnarum virtutum ſunt testificatione notificata, tibi  
ſummiſſius ſupplico; vt quod æſtuanti corde parturio votum, deſi-  
deratum adiuues adipisci effectum. Habeo namque, diuina largi-  
ente gratia, plurima in circuitu conſistentia prædia; ex quibus ali-  
qua in Dei honorē & ad commodū ipſi ſeruientium cōferre cupio;  
vt videlicet aptus quæratur & eligatur locus, in quo Dei famuli cō-  
tinuò manentes, idoneum ei poſſint perſoluere ſeruitiū. Hanc rem  
tuis initiari consiliis volo; te duce, te inſtructore, ad vltimum, te i-  
plo fabricatore, perfici exopto.

Verinberi  
 opulentia  
 & in Reli-  
 gionem li-  
 beralitas.  
 Pradia haec  
 VVicelius  
 solo abi-  
 gnata VVa-  
 secho: re-  
 ſcribo Vofa  
 go & forte,  
 ubi circa  
 Saracadi-  
 buſ ſaltus  
 à VVernero  
 VVarne-  
 ruald.

Cui Pater almus, non nos, inquit, tam' pio ſubtrahimus operi; i-  
mo vltro præbemus prompts & paratos ad obsequendum tuæ  
voluntati; quia ſentimus, Deo inspirante, agitari.

His dictis, præcipuuſ athletarū Christi aduersus omnē robustus  
difficultatē, à nullo, licet grandi, temperabat labore; quia ſummæ  
præuentus benedictionis dulcedine, acriter inuigilabat ad com-  
parandam de pretiosoſo lapide coronam.

Herbasen-  
 ſis Cenobiū  
 Exordia.

Quærens itaq; inibi locū orationibus ſacrifq; exercitiis oppor-  
tunū; modicū primò conſtituit tuguriū, ad euitandas duntaxat fo-  
laris aſtus moleſtias aptum. Cōtigit autem, rusticū quendā adoriri  
cum ac dicere: O Pater eximie, quē cunctinouimus, huius negotia  
declinare ſæculi, deliciarū luxus fugere, diuitias ſpernere, animarū  
lucris deferuire, eaq; ſolummodo, quæ Dei ſunt die noctuq; curare;  
ſi ſuggestioni meæ exiguitatis aſſensū præbere dignatus fueris; cō-  
ciliatam

ciliatā tuis desideriis propalabo mansionē. Est deniq; in contiguo  
locus, quem ob duorū confluentia riuulorum Gamundium appelle  
lant: hunc, si velis inuicere, diuino cultui dignū duces mancipatum  
iri; poterisque in ipso, tam tuæ sanctitati quam nostræ saluti modis  
omnibus prospicere.

His perceptis, Pater almus non destitit ad indagandū ipsum lo-  
cum pergere. Quo cōsiderato, dum tēsqua pagraret inculta, offendit  
venatorū illustris viri prædicti videlicet Wernerheri magalia; il-  
laq; introiens, & fursū manibus erectis, Dauidici modulaminis ver-  
sum præcinuit dicens: *Hæc requies mea in sacerdolum sacerdoti, hic habitabo*  
*quoadusq; Dominus Iesus, in iussu & voce Archægeli & in tuba Dei de-*  
*scendet de celis; ac cum cæteris resurgentibus eius gratia vñsis; rapiar in*  
*nubibus obuiam ipsi in aera.* Post hæc à Fordidis venatorum vñibus e-  
mundās locum, sicuti feruētibus animis efficacius obsequūtur quæ  
libet inchoata opera, celerrimè construxit orationis ædem; quam  
in honore & memoria Sanctissimæ Dei Genitricis perpetuæq; Vir-  
ginis Mariae cōsecrare, nō distulit. Tunc Fideliū deuotione sibi ala-  
 criter opitulāte, pulcherrimū construxit Cœnobiū; vbi sacerculo huic  
renunciātes, Deoq; se ex integrō mancipātes, commodissimis vte-  
rētur habitaculis. Mutata sunt ergo in breui praua in directa, incul-  
ta in amœna, foeda in speciosa; & quo prius fiebat venatio animali-  
um, ad delicias trāsitorij luxus præbedorū, ibi felici capture postea  
trahebātur animæ coelestis cōuiuij dapibus saturādæ. Impletū vi-  
detur vaticiniū carminis, Esaiæ, nobilissimi inter prophetas, ita  
præcīnētis. *Lætabitur deserta & innua, & exultabit solitudo latabuda &*  
*laudas; quia gloria Libani data est ei; decor Carmeli, & Saron.* Aperiūtur  
enim nūc ibi oculi cæcorū, patent aures surdorum; salit claudus vt  
ceruus, aperta fit lingua mutorū, quoniam scissæ sunt in deserto aquæ,  
& torrentes in solitudine.

## C A P V T XII.

## Fyrminius confirmator fidelium.

SAnctissimus igitur vir, more solito, ardentissimæ instabat prædi-  
cationis officio; omniumq; ad se venientiū corda, mellifluâ debri-  
auit Sophia. Vnde multitudo vtriusq; sexus numerosa, nō solū ex  
illa puincia, verū ex alijs etiā regionib; sanctæ opinionis odore at-  
tracta cōfluere nō cessabat; quæ non solū exhortationis eius virtutē  
desiderabat, verū etiā salutiferæ impositionis Confirmatione vngi  
flagitabat. Sed, quia loc⁹ erat arct⁹, duorū videlicet fluminū cōcur-  
sibus adstric⁹; præsertim, cū religionis cœtui egrè ferret fœmineū  
sexū misceri; cessit ad priora loca tabernaculorū; quatenus ibi com-  
modius atque opportunius postulatū expleret ministérium. Cum  
que

Confirma-  
tionis Sa-  
cramentū  
ardenti  
studio Chro-  
mianifre-  
quentanti

que huic ferventius insisteret, Sacerdotis sui benevolentiam cœlestis gratia gloriose illustravit miraculo. Nam cum sancte Confirmationis opus ob nimiam multitudinem prolixius exerceceret, contigit oleum sacratissimi Chrismatis, euacuatis ampullis iam deesse. Unde angustiatus vir eximius, curre, inquit, ministro velocius; ampullas deporta ad cœnobium, ut eas iterato implens referas nobis sancti liquaminis usum. Ille, ut iussis morem gereret, agili motu arripuit ampullas; sed mox ut eas est intuitus, offendit sancto liquore que ad summum ditatas.

*Chrismatice  
deficiens de  
calo sup-  
pletum.*

*Matthe. c.  
xxviii.*

*Confirmatio-  
nis gra-  
tia.*

Hic in promptu est considerare; quam fidelis Dominus in verbis suis existat. Sic enim promisit obsecutoribus suis: *Ecce ego vobis sum usque ad consummationem sæculi.* Inuenit profectò cor serui sui iuxta cor suum, cui dignatus est cooperari. Eluent merita Præsulis almi, per quæ mirabilis & magnificus ostenditur Deus. Exprimitur quoque evidentius misericordissima & efficacissima Spiritus sancti potentia; quæ fidem nostram adhuc instruit & ædificat, ut certissime credamus, eum nos inuisibilis gratiæ vocatione à peccati nævo lauare; qui visibilis olei liquore exhaustas ampullas voluit & valuit replere. Ideò nos iugiter aptare & conformare oportet apparata Deitatis gratiæ; quia nullo modo vult deserere, quos sibi promptos cernit existere.

Contemplans igitur minister tam evidentis miraculi virtutem, non distulit manifestare sancto Pontifici exhibitam gratiam. Aderat adhuc maxima plebis concio, quæ tanti signi admiratione perculta, non est facile dictu, quanta mentis iubilatione, quanta corporis exultatione, præconia Christo soluebat. Funduntur ex intimis præcordijs grata suspiria; tripudiant lastifico gestu corpora cunctorum, non valentium inuenire, quibus motibus exprimant percepta gaudia.

*S. Pyrriniū  
gratiarum  
actio ab  
chrisma ca-  
litus acce-  
ptum.*

Præsul autem venerandus huiuscmodi verbis Domino gratificabat: *Dominæ Deus omnipotens, qui es factor non existentium, reparator pereuntum; tu tempore prisco esurientem in deserto populum cœlesti manna recreasti; si timentem de petra manante riuo potasti; tu iterum tempore recentiori, quina hominum millia, quinis panibus binisque piscibus satiasti; tibi gratias referimus, laudes præcinimus; eo quod in præsentiarum non dignatus es nostræ quoque exiguitati, tu æ largifluæ bonitatis signa monstrare; impendens subito oleum, quod non existit; ut mundares & sanctificares quod immundum & perditum constitit: tibi honor & gloria in sæcula sæculorum.*

- His dictis Præsul almifluus non cessauit confirmare cunctos, qui super-

superuenierant. Nam eo copiosius & deuotius affuebant, quo se cę  
litus dato nectare initiandos sciebāt; ne antea sanctum potuit per-  
agi ministerium, quam consummato diei tempore immineret ve-  
sperum. Quo minitāte noctis tenebras offundere mundo, vniuersi  
sacra benedictione muniti, remeabant ad propria, pleni gaudij re-  
fectione ditati.

Illustrissimus autem vir VVernherus, quæ pii cordis deliberatio-  
ne spopondit, omni alacritate implere curauit. Nam & ampliora,  
quam voverat soluere certauerat; vt non solū obligationis minime  
ficeret reus, verum dein superadditis erogatorum numeris, æternum  
remuneratorē sibi potius faceret debitorem. Inter plurima deniq;  
quæ liberali animo deprompserat, obtulit quoq; maximos limites  
in saltu, qui Vogesus dicitur; in quo villa extat, habens vocabulum  
Pyrmishusna \*; eo, quod ibi prouisores gregum Cœnobij sancti  
viri primo sua metati sunt tuguria. Subsequēti etiā tempore directi  
sunt à Præpositis atq; ab alijs sanctissimi monasterij ministris, tam  
seruiliis quam liberæ conditionis viri q; loca prædicti saltus perscu-  
tantes, nec non inutilia eius arbusta exstirpantes, plurimarum para-  
uere commoda villarum; in quarum ambitu quæq; excolentes diu  
infertilia, gratissima ex eis reddidere noualia; quorum redditibus v-  
tentes, in præfato degentes Cœnobia, tam carnali, quam spirituali  
tripudiant beneficio. Æmulantes autem liberalissimum præfati  
VVernheri exemplum posteri eius quam plurimi, multique alij be-  
nignitatis affectu repleti; ad sustentandas vineæ Domini vites, vl-  
tro se suaque præbuerunt.

Deniq; ex utriusq; præfati saltus partibus, plurima condonauere  
prædia; quorum nomina ponere supersedemus. Proinde pensanda  
mira gratiæ supernæ dispensatio; quomodo se diligentib. bis, quis ē. Roman 8.  
cundū propositū vocati sunt sancti, omnia cooperari tribuit in bonū. En cer-  
nere possumus, qualiter iste Præsul Deo deuotissimus, ad præparā-  
dos cœlestis usq; fructus instigat excolere culturę terrestris usq; &,  
dū summorū intentus meditatur lucrū, infimorū accipit famulitiū.

Quæ licet transeundo finē habeant, his tamē qui eis recta usq; sunt  
intētione, fructificant semper manentis gaudij diuturnitatē. Quid  
verò his præparent qui in eis aliter, quam à Deo sit constitutum, ver-  
sari gestiūt, ex aduerso colligi potest. Rationales quidem animæ in  
id conditæ sunt ordinis; vt famulantem infimorum habeant usq;,  
summorū vero appetant fructum. Hunc ergo obseruantib. ordinē,  
omnia cooperātur in bonum. Econtra, qui summa pñihilo pensant;  
imis autē delectantur vt summis, omnia cooperantur in malum. Et ra-  
tione id cadit, vt illis in pñmio cumuletur vitæ æternitas; istis in sup-

**Q** plicio

VVernheri  
Dynastæ  
donatio  
Hornbacem  
si Monasto-  
rio festa  
Pyrmis  
husna

Possessio-  
nes  
prædorum  
auta.

Tempora-  
ria bona  
quomodo  
spiritali-  
bus subser-  
uire de-  
beant.

plicio perpetuæ mortis atrocitas: illis exultationis immensitas, istis mæroris immanitas: illis honor perpes & gloria, istis opprobrium indeficiens & ignominia.

Obsecrare nūc iuuat, te beatissime Christi Sacerdos; vt pijs apud eum obtineas interuentibus; quo sua nos illuſtret gratia, quæ terrenos in nobis affectus interimat, cœlestiū appetitus incitet & augear; q̄cquid transitoriae facultatis se subijcit, advsum dispensare doceat, non ad fructū; teq; ducem & præuiū nostrum sequentes, pertēpalia quæ nobis præparasti comoda, æterna procuremus præmia.

## C A P V T X I I I.

*Bonifacio notus & familiaris.*

*Wizeburg-*  
*gum Monas-*  
*terium in-*  
*spicis.*

*S Pyrminij-*  
*callis.*

**P**Ost hæc Præsul egregius iter suum ad locum iocundissimū, qui vocatur Wizeburg destinauit; ibique gratiam; qua redundabat plurimis impertiens; a sacerdotali vita scoria purgatos, religiosæ disciplinæ excudit æmulos. Hic quoq; sicut in reliquis eius constructiōnib. efficaci cōparatione adstitit Christus, qui corda multorum eo igniuit stimulo; vt prædia possessionesq; amplissimas eidē loco subrogarent: Præparatumq; est in breui cœnobium Dei seruitio aptissimū, & sacerdoto renuntiantibus tutissimi statio portus; vbi non paucis fratrib. spiritualis exercitij feruore coadunatis, honestissimā atq; discretissimā B. Benedicti regulā obseruare Fater almus instituit; & sic ad Horbacense cœnobium reuersus est per suā semitā; quæ ob pię priuilegiū memorię ad in præsentiarum vocatur Sancti callis Pyrminij.

*Apud Ca-*  
*mundium*  
*S. Bonifa-*  
*ciius & s.*  
*Pyrminius*  
*mutuo offi-*  
*cio & allo-*  
*quo conve-*  
*nientes*  
*fruuntur.*

Ex huiuscmodi ergò piorum operum ardoribus, fama beati viri longè lateq; percrebuit; adeò, vt Eximus Antistes Bonifacius, qui tunc Moguntinæ Metropolitanæ videlicet vrbis sedi præerat; & à primævæ ætatis pueritia digno exsequi studuit opere quod præfigurauit in nomine, visitandi eum gratia adire disposeret; & ad ipsum Gamundij locum venire non omitteret. Quem beatus excipiens Pyrminius, magno gratulabatur affectu; quod à tanto meruit vīfitari Sacerdote. A estimare datur, quanta in vtrorumq; cordib. extitit lētitia, quam copiose exultationis affluētia, ex sancti Spiritus manans inundatia; dum vterq; alterū concessa participat gratia; vterq; docet & discit; vterq; Christum indit & haurit: & quanto plilixirib. mutuo se donant colloquijs, tanto strictiorib. in Christi amore connectuntur vinculis. Felices iudicandi, qui tantorū Antistitium intuebantur amplexus, fide & veritate grauidos, puritate conditos, sanctitatis vigore fecundos; quorū oscula dulcissima; charitatis nectare redolētia, sancti Spiritus irrorabant charis inata. Amoris itaq; diuinī instinetu aliquantulū temporis pariter transfigere decreuerūt, vt saluberrima collationis efficacia, de statu Ecclesiarū sanctorū, de

vniendo

vniendo in vera pacis concordia ritu plebiū commissarū, multa p-  
ponerent, vtilissima quęque deliberarent. Hinc salutiferę exhorta-  
tionis munere ditati, imo fraternæ consolationis manu roborati, læ-  
tissimo congratulabantur affectu.

## C A P V T X I V.

*Bonifacius Prædicator Euangelij.*

**S**ANCTVS autem Bonifacius Deo multimodis gratificans; quod  
in Beato Pyrminio ampliorem vulgato reperisset gratiam; mu-  
tuā benedictione data & recepta redijt ad sua, De cuius meritorum  
viuacitate aliqua huic inserere opulculo, animus parturit; quibus  
decursis, terminum materiaz, nostro consecrabimus Pyrminio.

Præfatus namque Sacerdos, vt athleta bellicosus, in Christi mi-  
litia decertans, se nauiter exserere, ferocissimam gentem Fresonum  
agredi conamen habuit; vt si quos ibi spurcissimo Dæmonum cul-  
tui subtrahere posset, suauissimo Christi iugo subderet. Erat quippe  
adhuc magna ipsius gentis pars veræ fidei extorris; fædissimis Paga-  
nismi ritibus dedita, & barbarica immanitate multimodis effera at-  
que profana. Cum autem illuc per Rheni fluminis alueum iam pro-  
ficiseretur; contigit eum ad quendam deuenisse locum; in quo pio-  
rum operum commorabatur fæmina; quæ & ipsi grata præbuit ho-  
spitij commoda. Hæc etiam habuit Capellā mansioni proprię con-  
tiguę adhaerentem; in qua orationis pensum iugiter soluere consue-  
uerat. Ibi quoddam pendebat vas fusile, mediocris videlicet pon-  
deris, vulgaris hoc usus Scellam nominat; quod miræ sonoritatis  
dulcedine, audientium sensus afficiebat. Illud vir almus, si quādo à  
propositi operis labore Deus se remeare concederet, sibi dari à pre-  
dicta Deo dedita postulavit. Verum illam sciens nil tanti viri preci-  
bus negare oportere; liberalissimo mentis affectu reuertenti se præ-  
bituram fore spopondit.

## C A P V T X V.

*Bonifacius Martyr miraculis clarus.*

**M**ILES vero Domini strenuus inde pfectus, sicut animo pposuit,  
Fresiā venit. Vbi tenacissimo fidei trilice armat⁹, ac insuperabi-  
lis fiduciæ galea munitus; limatissimo Euāgelicæ veritatis cuspide,  
hostes acerrimos terebrando aggreditur. Proinde superus Impera-  
toragonizanti opitulans Militi, multorū cordibus infixit salutaris  
verbi spicula: quorum acumine salubriter saucij, lucis fomite suc-  
censi, prioris nebulam detestantur erroris; ac intima compunctio-  
ne deuicti canere incipiunt: Sagitta tua acuta Regū potentissime. Dein-

Psal. 119.

Q 2

de si.

*S. Bonifacij  
in Friesiana  
expedicio.**Matronas.  
Bonifacij  
hospita.**Campana  
minor Scel-  
la.*

de sinistræ partis abdicant consortium, dexteræ adsciscunt contubernium; ac in omnibus sacri Præsulis obsequuntur dogmati. Qui eos efficiens almo Baptismate candidatos, perfectam Christianæ religionis obseruantiam perdocuit; peruigilique insistens cura effecit, vt qui ante fuerant infesta hostilitatis armigeri, electæ ciuitatis fierent manipi. Alii vero Fresonum, qui Babylonicae conspirationis castra deserere noluerunt; potiusque sub Nemroth militare, quain Christi iugo subdi censuerunt; declinantes in obligationes, inuidiæ se squamis armant; pessima construunt molimina tempus operiuntur opportunum; quo virum Dei sibique adhaerentes, inuadere atque obruere valeant. Conceptum itaque vi-

*S. Bonifacij pereo semine scelus, celeriter parere gestiunt.* Nam conglobato impiæ societatis agmine, Antistitem sanctum omni crudelitatis rabie insequi properant. Quem pij operis executionibus instare ostendentes; sine mora vna cum pluribus ipsi adhaerentibus trucidant. Quod ideo mira Dei dispensatio fieri permisit; vt famulum suum insigniret triumpho Martyrij; & in die iusti examinis teuerius puniret contemptores oblatae salutis. Ille namque trucidatus in terra, limatior cæli fulget in aula. Momentaneā passus est poenam, per quam perpetis gloriae noctus est palmam. Isti vero miseri ignorantibus scriptum: *Omnis qui accipit gladium gladio peribit.* perpetrati sceleris horrore omni hora torquentur; commissi piaculi conscientia tamdiu confunduntur; donec ipsius scripturæ sententiam suis operibus interpretati sunt. Deniq; hoc ex diuina vltione promeruerunt, vt proprij furoris rabie conuersa, in semetipso insurgerent ac se inuicem mutuo, extractis gladiis pericerent. Quibus nullus superfuit, vno excepto, qui ab huiusmodi pernicie exemptus se putauit, sed alio mortis genere vlciscentem manum non effugit. Nam morbo intercutis inuasus, totus coepit scaturire vermis; donec artibus miserabili peste resolutis, digna consummatus morte cunctis perpendere daret; quod Deus vltionum Dominus, retributionem reddit superbis; & quod vindictam expedit à Deo *sanguis Sanctorum qui effusus est.*

Post hæc, quicunque beati viri familiarium superstites necis extiterant, cohortabantur quos pietate possessos repererant; vt se benignitatis solatio adiuuarent; Præsulis almi reliquias componere; & ad regionem, ex qua illuc venerant reportare. Eius rei dum eos

*Translatio S. Bonifacij* diuina gratia compotes efficeret; sacra ossa recolligunt, teretro Versus hymnidicis concentibus canori, per eandem viam, quâ

*Vuln. in. Venerant remcare cæperunt.* Cumque itineris tantum exegissent,

*Tintinabu. l. sonus* ut per diei vnius interuallum eo venire facultas esset, quo Dei Ancil

*Spensancens la bea-*

la beatō viro accommodabat hospitium; ecce tintinabulum, quod habebat desponsum, nulla re, quæ videri posset impellente, vltro se cœpit agitare, plectrique sui pulsu monita solitam sonitus dulcedinem propinare; nec ante, mirum dictu, reboare quieuit, quam beatæ reliquæ in ipsum deportatae sunt Oratorium, in cuius cacumine fuerat: ppensem. Verè Deus Omnipotēs Angelica id agitari iussit administratione; vt perspicuè intelligere daret, quam suauibus Anima illa in cœlo frueretur melodiarū cantibus, cuius in terra defuncto corpori, inanimatae materiæ aggaulizaret \* sonus. Pro tanto ergo signi beneficio laudibus Deo celebratis; ossa venerandi Præfulis Moguntiam deportabant, ad suæ videlicet Diœcesis sedem. Ibi adunato copioso Cleri plebisque cœtu, ad Vuldam usque cum omni honore transtulerunt; Vbi, sicut ipse corpore viuens iusserat, eum cum hymnis & psalmodiis collocauerunt. Ut autem pius Dominus exprimeret meritorum Martyris sui vigorem, multitudinem populi, qui ob prolixum iter oppido fatigatus erat, magno gratiæ suæ releuauit impendio. Nam riuus ibi decurrens tantam subito fertur eructare piscium copiam; vt quamvis innumerabilis caterua adeslet, omnibus tamen satiem plenam inferret. Cunctorumque corda grandis stupor percelluit admiratio-ne; quod ipse, qui olim in deserto ex duobus piscibus satiauit quinque millia hominum; nunc eodem benignitatis fonte redundante, subito propter Antistitis sui dilectionem, tantam fieri iussit piscium copiositatem; quæ maximæ turbæ mederetur indigentia. Tanto igitur munere Dei refecti, tam viuaci Martyris intercessione muniti, in sua quique sunt regressi. Condonantur quoque in ipso loco extunc usque in præsentiarum multa beneficia querentibus, poscentibus & confidentibus in beati viri suffragia præstante Domino nostro Iesu Christo, cui perpes gloria manet in sæcula.

*āvλ' ēv  
tubacane-  
re.*

*Apud Ful-  
dam im-  
prona sa  
piscium  
copia pia  
multitudi-  
reficitur.*

## C A P V T XVI.

*Pyrminio ablata campana surdescit.*

F Xoccasione siquidem aduentus S. Bonifacii ad Beatum Pyrminium, extra inchoatae materiæ semitam digressi sumus. At-tamen non offendet ista digressio, cum ad nostrum redeuntibus Pyrminium, occurrit referendum per ipsius declaratum merita, simile miraculum.

Vuidonempe de stirpe supra memorati Werinheri progenitus, *Vuidonis  
in Horba-  
cenfe Cœ-  
nobium  
munificen-  
tia.* Cœnobium Horbacense propriatenens in ditione, deuotus erga id nimium extitit; qui & plurima conferens donaria, oratorij sancti faciem structuris eminentioribus ornauit; amplio auri & argenti

splendore poliuit; & vbi cunque facultas suppeditauit, sagaciter & strenue promovuit.

Verum aliquando non boni consilij vertigio actus, contra hæc ager non est reueritus. Quoddam itaq; campanū, quod ob ele&tæ <sup>Idem a sc̄ā</sup> materiæ massam, & rite mixti metalli temperaturam, magnam sonoritatis habuit elegantiam, Oratorio almo auferri, & ad locum, qui Locvvilare nominatur, præcepit transferri. Sed quia in hoc perperam, atque contra Sanctum Pyrminium egerit, celerius recognouit, non experientia vltionis, sed clementicuentu signi mirabilis. Nam prædictum fusile, postquam in loco prædicto est suspensum, nullum omnino valuit edere sonum, penitusq; mutum manes & inhabile, persistinxit omnes grandi stupore. At, vbi præfatus Vuido tremore & horrore percussus ad alcum illud referre iussit Cœnobium, iuxta pristinæ suavitatis dulcedinem, iocundum cunctis & delectabilem recepit & edidit sonum.

Hinc euidens viri beatissimi diuulgata est sanctitas, hinc certior spes & fiducia maior fidelibus exorta est ad eius poscēda suffragia; cuius apud Deum tantum cernunt ponderare merita. Hinc eius vegetatiō tutela Cœnobio, cuius res non audent appetere, quas norunt tam robusto protegi defensore.

## C A P V T XVII.

### *Pyrminius contemplatius.*

**Q**VI patronus eximius, postquam ab eo recessit Beatus Bonifacius, alacrius in sancto feruebat opere; & quasi antea nil egisset, que rétrō sunt obliuiscens in anteriora se extendit, omni vigilantia & strenuitate.

<sup>Philip. 3.</sup> <sup>Monasteri.</sup> <sup>orum sta-</sup> Cumque iam locorum à se constructorum prouectus bene vivisset compositos atque stabilitos; filiosque suos, quos absque numero generat, vitalium operum perpendisset edere fœtus, tempus esse taxans à practicæ laboribus desistere, in Thoricam totam, mentis conuertit aciem; ac multifariam Liæ sollicitudinem deuitans, toto animi furore in Rachelis flagrabat amore. Huius cupitis amplexibus iam gliscens adhærere, non noctibus, non diebus adolere cessabat orationis thymiana; crebræ lachrymarum effusioni, subiiciens alimentum ab irriguo superiori. Huiuscmodi intentione deseruiens agone infatigabili, perpendit iam tempus imminere, quo immarcessibile desudationis sux præmium recipere deberet.

## C A P V T X V I I I .

*Obituri Pyrminij ad fratres monita.*

**T**VNC accersitis in vnum cætibus filiorum, nonne hac breui vi-  
deture eos exhortari admonitione? Nostis Fratres dilectissimi,  
quomodo à primo mei ad vos tempore aduentus, prouidentiam  
vestræ salutis exsequutus fuerim, nil mei mihi reseruauerim, nil  
pepercerim, vestrum meditans profectum, vestram versans utili-  
tatem. Nunc igitur, quomodo opitulante Christo, certamen bo-  
num certavi, cursum consummaui, fidem impertitæ gratia serua-  
ui, vestrum decreui commonefacere studium; vt eum, qui vos ad  
suam inuitauit gratiam, firma fide colatis, spe ad ipsum certaten-  
datis, in eius charitate feruida, bonorum operum executione pro-  
ficere studeatis. Recolite, quod ad sustentandos vos, & in Dei ser-  
uitio corroborandos, possessiones amplas, & prædia vobis prouidi.  
Adstitit enim mihi superna gratia, & ad hæc eroganda multorum  
animauerat corda. Consulite vobis metipis, consulite, vt per terre-  
na, quæ vobis præparaui commoda, æterna procuretis lucra ani-  
marum vestrarum. Nam si, quod absit, egeritis contra, credite mihi,  
credite, mutabitur in dispendium, quod proficere debuit in emo-  
lumentum. Scrutamini igitur Scripturas diuinitus allegatas; in-  
quibus considerare poteritis, quid facere iubeat Deus, quid prohi-  
beat; quid summum sit bonum, quid medium, quid infimum, quo-  
vti oporteat, quo frui & delectari conueniat. Sedeat vobis animo,  
præcipue in humilitate versari; patientiam amplecti; & in fraterni-  
tatis amore, absque fuko simulationis manere. His, si attenderitis,  
erit vobis Sanctorum omnium intercessio præsentior, Christus pla-  
cabilior, optatorum prouentus efficacior; donec mereamini in cæ-  
lesti regno, æternæ felicitatis compotes fieri.

## C A P V T X I X .

*Sepultura Pyrminij.*

**H**IS dulciter prolatis, artubus corporis iam se in primordia sui  
resoluentibus, animam cælesti viatico armavit; atque omnige-  
na virtute redimitam, ac meritorum diuinijs plenam, tertio Nonas *Moritur.*  
Nouembris sidereis sedibus immisit.

Cuius exit<sup>9</sup>, licet nō cueniret sanguinis effusione, martyrij tamē  
non

non caret honore; qui semet ipsum penitus abnegans, omni vitæ suæ tempore, mortificationi crucis Christi carnem subigebat, acto tis animi incessibus Christum sequebatur. Nempe, si crudelitas per sequentium fortassis immineret, gaudēs supplicia quamuis immania subiret. Non ergo Abraham ideo obedientia minor, neque Isaac immolationis merito indignior, quia de cælo veniens Angelus prohibuit effici, quod voto affectabatur impleri.

*Miracula  
post mor-  
tem edita.*

Corpus autem sanctissimi viri à fidelibus est collectum, & in sui Cænobij oratorio cum omni reuerentia conditum; ubi iugiter sanitatum beneficia absque numero impenduntur. Deniq; cæcilumen recipiunt, claudi gressum, surdi auditum; & quocunque iniquitatis genere veniunt vitiati, compotes in columitatis effecti, redeunt læti; obtinentibus hoc Præfulis sacratissimi meritis apud potentissimum restauratorem totius boni auctorem IESVM Christum Dominum nostrum, cui cum Patre & Spiritu sancto manet una Deitas. par potestas, incomprehensibili maiestas per infinitascula. Amen.

*Explicit vita S. Pyrminij Episcopi Castri Melitæ.*

AD

AD VITAM S. PYRMI-  
NII.

**L**ARVM in Alemannorum & Vogesi regione S. Pyrminij nomen, sed litteris haud probè custoditum. Id quod cum ante tot sæcula animaduertisset Othlonus Cœnobita Fuldensis, intercedere temporum iniurijs, & quod Apostolici viri famæ adhuc supererat, id mittere in litteras ac posteritati prodere, publicè interesse putauit. Ac optasse eum Scriptores eos, qui S. Pyrminij actiones vitæ præclaras litteris mandasse perhibetur, tam diu non detineri, ac viuere in tenebris. Etsi ut ætas eorum fuit, si Othlonum tempore non multum sunt antegressi dubitare cogar, num plenius aliquid & vberius ab ijs exspectari par sit, quod Othloni diligentia fugerit. Othlonus profecto in maiorū vestigijs Othloni in-  
stututum  
& scriben-  
dario. pedē posuit; at quod euagetur, & in mores se eius diffundat oratio, id cōsuetudine temporum suorum fecit; & hic verò industriā pec- cauit. Vbi enim in Prologo Scriptorum incuriam culpat, qui ante ætate ætatis S. Pyrminij rationē nullam habuere, & pauca in Pontificatu ab illo gesta litteris tradita, vel obscurè exposita, queritur, suarum partium fore profitetur, hæc ipsa clarius, & operosius exprimere; id est, sententijs, & verborum lacinijs, exornare. At Othloni interim operam grata laudabit posteritas, cuius beneficio S. Pyrminius illustrius nomen accipiet, & plurimum in ore ac sermonibus versabitur. Meminit in Martyrologij sui annotationibus McLanus Varmannū Comitem à Dilingen eruditō volumine S. Pyrminij vitā prosequutum, qui Comes ad annum vsq; MXXXIV. in viuis extiterit. Eādem in Palæstra sudasse Henricum Comitem à Calue Augiæ Abbatem circa Christi annum MC CX. Neutrius lucubratio, quod sciam, adhuc publicū accepit. Tritthemius quoq; in Breuiario historiæ Francorū, originale volumen vitæ S. Pyrminij penes se fuisse, scribit. VVicelius Chori Sanctorum libro XII. haud obscura dat signa lectam sibi hanc ipsam quam vulgamus de S. Pyrmino historiā. Inspeximus etiam medioctri vetustate Treueris in Hagiologis S. Maximini, MS. S. Pyrmini vitam, nullâ capitum distinctione, non tam sententia quam oratione ab Othloni narratiōne discrepantem; quanquam Othloni istâ censeatur vberior. Pyrminus in San Maximiniana fertur vtraq; lingua, Francorum & Romana, prædicare solitus. Othloni ne diutius lateret, religio effecit, & industria Reuerēdiss. in Christo Patris ac Præfulis Adami Peetz

Scriptores  
Vita S. Pyr-  
minij.

Argentinensis Ecclesie Suffraganei, qui cum nobilis illius Episcopus  
tus Ecclesiæ & Monasteria p̄ munera amplitudine obeundi ac in-  
spiciendi p̄uinciam sustinet, has veterū monumenta conseruandi  
cruendiq; partes, vt suscipit libenter, ita facili & beneuolo cū ami-  
cis animo comunicat. Ab hoc igitur missum ad me scite pictum, &  
emēdata scriptura apographū vitæ, in quam obiter hæc scholia elab-  
orauimus, alibi de S. Pyrminio non raro, si Deus volet, sermonem  
habituri.

### *Prologus ad Liudolfum Archiepiscopum.*

**L**IUDOLFVS hic Treuerorum Archiepiscopus est, vt equidem  
interpretor, cum eius nominis hac ætate alium vicinis in Eccle-  
sijs Archiepiscopum non reperias; & in eum tum temporis nota-  
tum personæ commendatio, tum Othloni æuum plane conspirēt,  
nec iniuria Liudulfum Hermannus Contractus, *virum doctum*, an-  
no M VIII. quo decessit, appellavit. De Othlono, tertio libro Mo-  
guntiacarum rerum Serarius noster inquisiuit, & vitam S. Bonifa-  
cij ab ipso, vt Canisiana editio suadebat, conscriptam, historiæ suæ  
intexit.

*Othloni  
atas.*

*Liudol-  
phus Tre-  
uiv. Archi-  
episcopus.*

*Othlonus  
anator  
vita S. Bo-  
nifacij*

Coniicit autem Othlonum vixisse sæculo xi. currēte, sub annum  
scilicet Millesimū quinquagesimū & vltra quod excurrit. Ergo ado-  
lescētior vitam S. Pyrminij scribere agressus sit. Nam Liudolphus  
Treuerensis ex Goslariensi regali Ecclesia, quæ seminarium tunc  
erat Episcoporum, prodidit ad Episcopatum an. DCCC XCIX. & vsq;  
ad M VIII. in eo pteueravit. Nec tamen mihi temporo, quin moneā,  
vtramq; vitam cōponenti discrimē mox ingens appariturum, quâ  
stylo, quâ scribendi prudentiâ, inter hanc Pyrminii, & illam S. Bo-  
nifacii, quâ priori vtiq; herbam porrigit, & ambiguum facit, num  
illa Bonifacianæ vitæ exegesis, huic adscribenda fit.

### C A P V T . I.

### *S. Pyrminius cuius loci Episcopus? Obtinuit se- dem Episcopatus in Castello Meltis.*

**N**ON facilis ad distrahendum hanc litem arbiter occurrit, aliis  
Meldensem Episcopum, aliis Metensem fuisse pugnantibus,  
qua de re nos in Metensium Episcoporum Albo differuimus.

*S. Pyrminij  
dubius E-  
pis copatus.  
alio*

Si ad locum hunc Othloni attendimus, procliuior in Tritthe-  
mum, & Paulum Voltium cadet assensus. Ille in Epitome Franco-  
rum historiæ. His temporibus (Theodorici Regis) claruit in Gal-  
licana

licana Francia S. Pyrminius, ex Monasterio S. Mauri Abbatis Episcopus Meldensis, in Provincia Senonensi. vir doctrina & sanctitate admirabilis; qui pro Christi amore fidem rectam prædicaturus populis, in partes venit Germaniae; vbi multos verbo & exemplo ad cultum veritatis conuertit, & plura Monasteria fundauit.

*Meldensis  
Episcopus.*

At Voltius. S. Pyrminius ex Monasterio S. Mauri Andegauensis lectus est Episcopus, ciuitatis non longè à Parisiorum Lutetia distantis quæ gallicè Meaulx, latinè Meldavocatur. Hic ad promouendam Christi fidem; posthabito Episcopio. Gregorij II. Rom. Episcopi permissione, ad Galliam & Germaniam venit, &c.

At arbitrum tamen hic capere temporarium, si lubet, accipe Boicarum rerum illustrem Scriptorem, qui cum utriusque Altachii *Lib. s. Boic.* Monasterii conditorem Vtilonem Boiorum Ducem celebrauit. *rerum.* hisce ædificandis, ait, Pyrminii hominis sanctissimum consilium sequutum. Pyrminium autem siue Meldensem siue Metensem Episcopum ferunt. At fidem tabula Ecclesiastice neutrobi firmat. eo Meldis aut Mediomaticum vrbe siue natum, siue profectum, siue utrumque nomen corruptum esse, quam in alterutra, Episcopum extitisse magis credam. Hæc ille ex tabella, sed manu suspeſa,

*Metensis  
alijs Chor-  
episcopatu.*

### CAPUT II. III. ET SEQ. VSQVE AD XI.

*Cuius accessitu, permisso: quorum fauore auxilioque,  
& quando S. Pyrminius venerit in Germaniam,  
vel Alemanniam.*

Hæc enim summa fere rerum, quæ octo capitibus hisce continetur.

Sintlaz inter Alemanniæ seu Sueviæ primores, vir locuples & religioni impensè deditus, cum in Gallia pietatis cauilla peregrinaretur, S. Pyrminium primus inuitauit ad opem ferendam suæ gentis hominibus, iam tum passim aut indolis prauitatem, aut recti & melioris inscitiam in pristinam impietatis barbariem & gentilium errorrem prolapsis. Colebat is vicina Antronii lacus arua & fundos in iis possidebat amplos, dominus insuper clarissimi nominis Insula, quæ medio Rhenialueo nata olim Tiberium Cæsarem pro arce bello Vindelico vnum B. Rhenanus ex Strabone le recte collegisse putat.

*Sintlaz  
vir in ale-  
mannia  
præfatus.  
Antronii lacus  
Insula  
dominosa.*

Et huic certè Insulæ, quæ medium milliare Germanicum spatio colligit, viri nomen constanter adhæsit. Etenim donatio ne, Caroli magni, qua Augiensis Monasterij possessionibus Vl- mam celebrem nunc Imperij ciuitatem adiecisse traditur. Augiam ibi Insulam nominat, in Alemaniæ partibus sitam, & Sintleohesuua nuncupatam; diploma citante ad Generatio nem xxviii. Nauclero. Protulit & aliud magni Ottonis Christo phorus Hartmannus in annalibus Heremi Deiparæ Matris, datum anno DCCCC LXV. in'nsula Sindliezesovva, id est in Augia, quam hic Othlonus cap. x. extulit hoc præconio. *O quondam sterilis & horrida, nunc amæna & fertilis Ovva.* & præcedenti locum appellarat, Sindlacis Ovvam. Nec ab his abit in Augiæ origine Bruschius, asserens à Gallico quodam Præfecto Sindlesio sic dictam, qui'nsulam istam S. Pyrminio excolendam, incolendamque dedit. falsus in Gallico Præfecto, quem inter Sueorum optimates, referri oportuit.

*S. Pyrmi-  
nium insui-  
rat in Ale-  
manniam.*

Quia igitur non longè ab vrbe Constantia, Sindlacis beneficio hæc oportunitas S. Pyrminio propagandæ religionis per Ale maniam & vicinas regiones oblata, sapienti ipse consilio summæ sedis autoritatem consulendam, & adeundum Pontificem sibi putauit, à quo tanquam Ecclesiæ capite Apostolicæ missiones, & Legatorum iurisdictio, siue sacrorum potestas profluere & pendere solet.

*Gregorius  
II. autor S.  
Pyrminio  
religionis  
propagandæ.*

*Theodori-  
cus Franco  
rum rex. &  
C. Martel-  
lus S. Pyr-  
minio fa-  
ment.*

Pontifex, cuius autoritate S. Pyrminius prædicandi, lustrandi, vel erigendi iacentis Ecclesiasticae disciplinæ partes prouinciam suscepit, nullus ab Othlono exprimitur. Gregorium II. Voltius sua an maiorum sententia autorem ei factum huius legationis rectè prodidit. Amplectitur enim Pontifex ille Theodoricus Francorum regis ætatem, qua & Pyrminium floruisse constat; & à Gregorio ad hunc regem datas litteras, ita ut regi, & Proregi Carolo Martello iuxta commendatus, in pleno Episcoporum Alemanniæ & Franciæ conuentu relatione de collapsis Cleri populique moribus facta, receptus sit omnium confessione Magister, & disciplinæ Instaurator Pyrminius. Idq; diserte cap. vii. Othlonius attestatur.

*Bertoldus  
& Nebus  
Aleman-  
nia Duces  
& Yehum.*

S. Pyrminio fautores ac bene merentes in primis Euangelij & religionis propagandæ affuere Theodoricus Rex & Carolus Martellus: quibus alij addunt Berchtoldum ac \* Nebum Alemaniæ Duces, sed fiduciarios; nam rerum vis penes Carolum fere Martellum Maiorem Domus, siue Proregem, aut Magistrum E quitum,

quitum, stetit. De Theodorico res certa videtur; ad quem Pontifex (Gregorius) litteras dederat, suadens, monens, & imperans, ut S. Pyrminium comiter exciperet, eiusque pijs conatibus faueret. De Martello item erudit i consentiunt. Sane Marcus Welserus in Boicis suis limitè scriptis, S. Pyrminium tradit, quod Martello patrono vteretur, post ex Augiensi Insula, Theobaldi Sueuorum Duciis factione pulsus; & inde, primum apud Vtilonem Boiariæ Ducem gratiæ locum tenuisse. Sic & Paulus Voltius diligens originum ordinis sui investigator, S. Pyrminium ad postulationem Berchtoldi ac Nebi Alemanniæ Principum, iussu quoque Caroli Martelli refert ad Insulam Brigantini lacus, quæ vulgo Auu vocatur, venisse; quarepurgata, Monachorum habitacionem ibidem ordinari, Monasteriumque Augiense constituerit, Christi religionem vicinis populis prædicarit. At triennio vix ibi completo, fugatum istinc à Gotfrido, Theobaldoque Ducibus. Atque ex his liquet, quorum hominum studio auxilioque S. Pyrminio ad benemerendum de re Christiana, iter sit patefactum.

Supereft de tempore quæstio, quando scilicet, pluribus assumptis in laborem socijs, hanc profectionem ad exterios sibi sanctus vir indixerit? quæ quidem à Theodorici regis, & Gregorij II. Pontificis ætate pendet. Gregorium anno DCCXV. serius, citius, in ijsso volunt. Exordia regni Theodorici, vt eius temporis Francorum Chronologiæ fere fluctuant. Tilius cœpisse vult DCCXXVII. Marcus Welserus & Egidius noster Bucherius septennio citius. Præit Hermannus Contractus domesticus, & Augiæ inquilinus, quia ad annum DCCXXIV. S. Pyrminius ad Augiam Insulam venit. & interuallo. S. Pyrminius à Thietaldo Gotifridi filio expulsus Etonem Abbatem constituit, & ipse in Alsatiam venit. Vtrumque in Chronico emendatiore Canisiano sic legitur Antiq. leet. Tom. I. Anno DCCXXIV. Sanctus Pyrminius Abbas & Chorépiscopus à Berchtoldo & Veli Principibus ad Carolum ductus Augiæque Insulæ ab eo præfectus serpentes inde fugabat, & cœnobialem inibi vitam instituit tribus annis.

Hinc ad annum DCCXXVII. S. Pyrminius ob odium \* Caroli, à \* Martelli. Theobaldo Gotifridi Duci filio ex Augia pulsus, Euthonem \* pro se \* Etho. constituit Abbatem; & ipse Alsatiam, alia instrukturus cœnobia petit. Quæ tam manifesta temporis constitutio, rem quam quærimus nobis explicatam relinquit; eosque multum redarguit, qui ante annum DCCXXX. Alsatiam ingressum non putant. Neque Vrberg Chron. & plurima bona frugis spe accensum Pyrminium vnius lociretine- qui cum se- quantur.

lib. 5. Boic.  
verum.Richer-  
nauu.5. Boicar.  
verum ad  
marg. fol.  
291.  
S. Pyrmi-  
nus quan-  
do ad An-  
giam ve-  
neris.S. Pyrmin.  
pulsus ex  
Angia.

re potuerunt angustiæ, cum Theodorici Regis priuilegio, quod  
 Marcus Welserus laudauit, doceamur egressum Insulam, & adiisse  
 Alsatiæ, qua Vogesus ingentibus iugis præcepit, mitioribus quo-  
 que clavis submittitur; molitumq; sedem religioni, quæ Morbacen-  
 sis Principalis iam fastigij Monasterio originem dedit, Anno regni  
 Theodorici regis III. Et verba appendere facit ad S. Pyrminij hono-  
 rem, cui nos iam studemus. Venerabilis vir Perminius gratia Dei E-  
 piscopus nostris temporibus cum Monachus fuit, Deo inspirante  
 pro Euangeliō Christi peregrinatione suscepta, Monasterium vi-  
 rorum in Eremo vasta; quæ Vosagus appellatur, in Pago Alsacensi,  
 in loco qui vocatur Viuarius Peregrinorum, qui ante appellatus  
 est Morbach in allodio fidelis nostri Ebrehardi Comitis cum ipsius  
 adiutorio, Deo donante, conatus est construere, &c.  
Morbacensis abbatia origo.  
Idem Brn. sch  
Morbach. al Viua- riis pere- grinorum.

## C A P V T X.

*Augia à serpentibus S. Pyrminij virtute re- purgata.*

**A** NGIVM hoc pestiferum virus quod in Insula alimentum fa-  
 cile & obuium habuit, ita Sanctus ope coelesti quadam pro-  
 fligauit, ut in hanc usque diem Insulæ licet vđum solum, serpen-  
 tium, bufonum, & lacertorum sit intolerans. Vim verò aduer-  
 sum venena cibo aut potionī noxia alexicacām, vniuersè maio-  
 res S. Pyrminio tribuerunt. Vnde in Apographi vitæ vestibu-  
 lo scriptum reperiebam. Creditum quondam nil noxiū contra-  
 hī, vbi sumendum victum sic benedixerant.  
S. Pyrminij presens auxilium aduersum venena.

*Sanctificet nostram sanctus Pyrminius escam.*

*Dextera Pyrminij bene dicat pocula nostra.*

**M**onasteriorum Elenchus; quorum vel origo, vel in-  
 stauratio, præpotentibus viris censum aut fundum  
 largientibus vel augentibus, S. Pyrminio ad-  
 scribitur.

*In Bauaria.*

*Altachium superius.*

*Altachium inferius.*

*Manseum ad lacum. Austriacis iam contributum vulgo*

*Mansæ.*

*Niderburgum.*

*Pfaffenmünster.*

*Osterhoua.*

*In*

In Rhetis Curiensi diœcesi.

Fabarum, vulgo Pfeuers.

In Alsatia.

Morbachium sui iuris.

Schuttura quondam Offonis Cella. Suuartzachense.

Gengenbachcense. quæ tria trans Rhenum.

Maurimonasterium.

Nouauilla seu Neuvviler, aut Nououillare, iam Canonicis  
mutatum.

Apud Constantiam.

Augia diues, vulgò Richenauu, Episcopatu in nunc Constan-  
tienſi adunata.

In Spirensi Ditione.

VVeissenburgum item ei Ecclesiæ additum

Præposituræ titulo.

In VVestericho.

Hornebachcense, quod perijt.

de quibus omnibus si testes & documenta requiris, adeundi Trit-  
themius breuiario Franc. histor. Hieronymus Gebuilerius in-  
actis S. Othiliæ Hundius Metropoli Salzburgensi. M. VVel-  
serus. lib. V. Boicorum. Franciscus Guillmannus in Commenta-  
rio Episc. Argentoratensium. Bruschijcenturia I. Monaster. Germ.

### CAPVT XI. ET SEQVENT.

PORTVM veluti ex longinqua nauigatione præbuit S. Pyrmi-  
nio Treuerense solum, qua, Bliesa, & Sara irrigantibus, in-  
præalta montium iuga attollitur, quæ VVesterichi regionem strin-  
gunt, varijs iam Dominis habitatam.

VVerinherus hic vir dicitur ILLVSTRISSIMVS, vtique magna  
firpe nobilitatis, cuius liberalitate & beneficentia nouam se-  
dem Pyrminius inuenerat; & erui forte in lucem poterat, ni &  
loci memoriam, & sancti Pyrminij religiosissimam habitatio-  
nem nostri sæculi Harpyæ fœdis vnguibus dilacerasset.

Hornebachium interim, VValafridus Strabus Abbas Augiensis  
in Augiæ Chorographia versibus suis extulit.

Illi⁹ in medio ſuſpenditur Insula fluctu

Augia nomen habens, iacet hanc Germania circa.

Primus in hac sanctus conſtruxit mœnia præſul

Pyrminius; trinisque gregem protexerat annis.

Huius quisque velut Sancti cognoscere vitam

Ipsa ſepulcræ petat, ſatis ipſe\* probabit in Hornbach.

Paul⁹ Volt⁹ Abbas Hugonis curię Hornbachiū vno tātū milliaro

VVerinherus illus.  
tris in  
VVesteri-  
cho.

Horneba-  
chium Mo-  
naſterium.  
Antiq lect.  
Tem. 6.

\* miracio-  
lormi af-  
fiduitate.

abarce

ab arce & opido Biponte, vulgo Zvveibrugge distare scribit; ibi⁹  
\* In Cata-  
logo S.S.  
Constanti-  
ensis dœ-  
cessis.  
Molan III.  
Nouemb.  
Depositio  
S.Pyrminij  
 cum Walafrido Strabo, non in Augia, vt Manlius, \* plenum dierū  
 Sanctum Antistitem mortuum & sepultum esse, III. Nonarum  
 Nouembris. Atque oppidum nunc etiam temporis dici ad S. Pyr-  
 minium, vernaculē zu S. Pirmin.

## C A P V T X I I I . E T S E Q .

O T H L O N V S hic memor incunabulorum suorum, siquidem in  
 Fuldensi Monasterio vixisse consentiunt, in S. Bonifacij lau-  
 des, & præclara facinora digreditur; meminitque cum S. Pyrminio  
 eo loco miscuisse sermones, ubi nunc ad Saræ & Bliessæ riuorum  
 confluentes, in VVestrasia finibus oppidum Gemunda visitur.  
 Vnde & Paulus Voltius, qui scriptam S. Pyrminij vitam expendit,  
 ei testatur amicitia coniunctos fuisse S. Bonifacium, Mag.  
 Archiepiscopum, & Burchardum Wirce-  
 burgensem cognatos.



INDEX.

I N D E X.



I N D E X.

A.

<b>A</b> <i>Cronij lacus Insula.</i>	27.
<i>Aggaulizare quid.</i>	21.
<i>Alemania &amp; Suevia Ecclesiae status.</i>	9.
<i>Altaba cœnobium.</i>	13.
<i>Augia. 12. 28. 29. repurgata à serpentibus.</i>	12. 30.
<i>Augiae elogium.</i>	13.
<i>Apostolica sedis auctoritas.</i>	28.

B.

<i>S. Benedicti regula præscripta monasteriis erectis à sancto Pyrminio.</i>	
18.	
<i>Bertholdus &amp; Nebus Alemania duces.</i>	28.
<i>Bona temporaria quomodo debeant subseruire spiritualibus.</i>	17. 23. 9.
<i>S. Bonifacij hospita; expeditio in Fresiam. 9. martyrium. 20. interfectores mala morte puniti. 20. Eius translatio Fuldam versus.</i>	20.
<i>Bruschius correctus.</i>	28.

C.

<i>Callis S. Pyrminij.</i>	18.
<i>Confirmationis Sacramento desiderant fideles vngi.</i>	15.
<i>Chrisma deficiens subpletum calitus. 16. confirmationis gratia.</i>	16.

E.

<i>Episcopi Alemania &amp; Francie recipiunt S. Pyrminium.</i>	12.
<i>Eleemosynis fidelium canobia erecta, ditata.</i>	17. 18.
<i>Etho successor S. Pyrminij in Augia.</i>	29.

F.

## I N D E X.

*apud Fuldam in prouisa piscium copia, piam multitudo reficitur.*

21.

## G.

*Gamundium.*

15.18.

*Ibidem S. Bonifacij cum Pyrminio colloquium.*

18.

*Gengenbach monasterium.*

13.

*Gregorius secundus dat S. Pyrminio ius apostolatus. II. 28. Epistola Theodoricum Regem monet ut curam Ecclesiae suscipiat.*

11.

## H.

*Honor exhibitus Sanctis redundant in Deum.*

5.

*Horbacense cœnobium.*

13.

*Eius initia.*

14.15.

## L.

*Lindolphus Archiepiscopus.*

5.25.

## M.

*Meltis castellum.*

8.

*Monastrorum erectio, & instauratio. 13. 30. 31. Status quem S. Pyrminius formauit.*

22.

*Morbach & Moresmister monasteria.*

13.

*Morbacensis Abbatia origo.*

30.

*Morbach. al. Vinarius peregrinorum.*

30.

## N.

*Nebus Dux Alemania.*

28.29.

*Nouemvillare cœnobium.*

13.

## O.

*Othlonus Cœnobita Fuldensis. 25. 32. Eins scribendi ratio & institutum. 25. etas, & an ipse, auctor vita S. Bonifacy.*

26.

## P.

*Papa in salute fidelium, gaudium. II. cura. II. potestas.*

29.

*Papa*

I N D E X.

<i>Papa Pyrminium suscipit honorifice, quem ante habuerat suspectum.</i>	10.	<i>dat</i>
<i>eidem ius apostolatus.</i>	11.	
<i>S. Pyrminius Episcopus Castelli Meltis.</i>	8.	<i>aliquibus Episcopus Meldensis: a-</i>
<i>liquibus Metensis.</i>	27.	<i>Doctor efficax, pernigil, desiderabilis.</i>
<i>recusat fal-</i>	8.	<i>cem in alienam messem mittere.</i>
<i>ROMAE petit potestatem predican-</i>	9.	<i>di Alemanis.</i>
<i>Exponit Pontifici causam aduentus sui.</i>	10.	<i>receptus ab</i>
<i>Alemania &amp; Austrasia Episcopis, adit Alemaniā.</i>	12.	<i>Augiam repur-</i>
<i>gat à serpentibus.</i>	12.	<i>gnat eandem oratorio &amp; Monachorum habitatio-</i>
<i>nibus aptat.</i>	13.	<i>nibus aptat.</i>
<i>monasteria erigit vel instaurat.</i>	13.	<i>quando venerit in</i>
<i>Augiam.</i>	29.	<i>Augiam.</i>
<i>moritur.</i>	23.	
<i>S. Pyrminij præsens auxilium contra venena.</i>	30	
<i>S. Pyrminij, modestia, zelus,</i>	9.	<i>pietas</i>
<i>gratiarum actio ob Chrisma cali-</i>	10.	<i>tus acceptum.</i>
<i>dubius Episcopatus.</i>	26.	<i>Episcopale pedum stat perse</i>
<i>nulli rei innixum.</i>	10.	<i>studium contemplationis, &amp; orationis,</i>
<i>studium contemplationis, &amp; orationis,</i>	22.	<i>mors.</i>
<i>obituri ad fratres monita.</i>	ibid.	<i>miracula post mortem.</i>
<i>De S. Pyrmino, sinistra suspicio, &amp; suspicionis abolitio.</i>	24	
<i>Pyrminshus.</i>	10	
	17	

R.

<i>Richenau.</i>	8937
------------------	------

S.

<i>Scriptores vita S. Pyrminij.</i>	25
<i>Sedis Romana auctoritas.</i>	9.11.28
<i>Sintlaz 11.27. ad S. Pyrminum in Galliam venit, 8. inuitat S. Pyrminium</i>	
<i>in Alemaniā.</i>	28
<i>Sintlaz ad S. Pyrminum oratio 9. dignitas, &amp; pietas.</i>	8.27.28
<i>Suarzaha, &amp; Scutera Monasteria.</i>	13
<i>Synodus Episcoporum Alemanorum &amp; Francorum, pro reformatione; ei-</i>	
<i>ius curam sancte demandant Pyrmino.</i>	11

T.

<i>Theobaldus Dux Sueviae pepulit Augia S. Pyrminium.</i>	28
<i>Theodoricus Francorum Rex. 8.11. Inssu Papa conuocat Episcopos.</i>	11
<i>Theodoricus Francorum Rex &amp; Carolus Martellus, fauent S. Pyrmi-</i>	
<i>nio.</i>	28
<i>Tintinabuli sonitus spontaneus.</i>	20

V.

I N D E X.

*Vtilo Dux Boiarie benevolus in S Pyrminium.*

28

W.

- VVerinherus Dynasta Austrasie, ad se vocat Pyrminium, in tractum VVeſtri-  
richi,* 14.31  
*VVerinheri opulentia, & liberalitas. 14. eius Donatio facta Monasterio  
Hornbacensi.* 17.31  
*VVidonis in Horbacense Monasterium munificentia. 21. idem in Locuvil-  
lare, ac campanum transfert, ubi sine sono basit.* 22



VITA